



**Scientia Salvatis, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

320. feria 6. de Virginitate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](#)

tecost. Feria 6. Domin. 21. post Pentecost. 561
ecost.
ipsum
dolus
m esse
ando,
res ad
e sunt.
e, sed
i. Da-
futura
ritatis
itatis.
& ve-
hristi:
n Dei
iritus
itati,
ama-
orum
ames
Nihil
dum
or la-
f. 30.

Conf. 3. Actiones ejus. 1. Mendacium &
simulationem ore fugere, corde detestari.
2. Quando, & quomodo oportet rem dicere.
3. Verum, si DEO placeat, non reticere, et si
mens nostra repugnet. 4. Cum obligamur,
verum dicere, non illud tegere pro favore
aliquius, aut nostro commodo. 6. Ambigui-
tates verborum, & ambages vitare, & res, ut
sunt, simpliciter proferre. 6. Mysteria coe-
lestia idoneis patefacere, impuris, & indignis
abscondere. 7. Promissa servare, nisi justa
causa sit non servandi, aut in melius mutandi.

MEDITATIO. CCCXX.

Feria 6. Domin. 21. post Pentecost.

De Virginitate

Videbo Dominum IESVM, de quo D.
Hieronym. Lib. I. in Jovin. ait: *Dominus
IESVS praeceps Virginitatis, Agnum in morte,
quem sequuntur Virgines. Petam esse capax
hujus virtutis, iuxta illud: Qui potest capere,
tapiat. Matth. 19.*

Conf. 1. Virginitas est Virtus, quā quis
nunquam corruptus firmiter statuit carnis
sua integratatem perpetuò conservare, & ab
impura voluptate corporis abstinere.

Conf. 2. Incitamenta 1. Apoc. 14. Sequun-
tur Agnum quocunque ierit 2. Virgines simi-
les Angelis, & quodammodo majores. Chry-

AA 5 sostomus

§ 62. Feria 6. Dom. 21 post Pentecost.
sestomus de Virginit. 3. Anima per Virgi-
nitatem D^XI formis efficitur: *Incorrupsio*
facit esse proximum DEO. Sap. 5. 4. Domi-
nus noster JESUS amantissimus Virginita-
tis, unde ait Simon de Cassia: Lib. I. c. 14.
Magna Virginibus est dignitas praerogata, quæd
Christus duobus (Mariæ & Josepho) factus
est subditus.

Conf. 3. Actiones 1. Corporis incorru-
ptionem congenitam servandam eligere, &
per totam vitam à delectatione carnis absti-
nere: 2. Animam à cogitationis, & desiderij
carnalis pollutione servare mundam. 3.
Carnis & mentis integritatem universis di-
gnitatibus anteponere. 4. Occasiones immi-
nuendæ integritatis vitare. 5. Personas su-
spectas prudenter cavere. 6. Media ad Vir-
ginitatem ex ejus affectu assumere, virtus
parcitatem, cultus vilitatem, corporis in-
commoditatem: fugere loca, tempora, &
occasiones impudicitiae. 7. Ad finem Vir-
ginitatis, divinam contemplationem, pro-
perare.

MEDITATIO CCCXXI.

Sabbato Domin. 21. post Pentecost.

De Zelo, & quomodo in his B.

Virgo excelluerit.

V Idebo Dominum JESUM, quem zelus
domus